



S. d. 38  
Cont

Th. hist. R. IV. 150. 7<sup>62</sup>.

201.

D. Hildebrandis Historia Conciliorum  
à N. C. usq; ad sec: 17. anno q<sup>t</sup>  
— — — — — Libellus de Heresibus

Hermannus de Sartus Horae

D. Wenzelwitz's Rationes Orationis dominicae  
deus proprie 1713.

— — — — — de divinis Revelationibus, earum

varietate.

D. Bladerij de Danni et Emolumentis, ex Controversiis  
in circa Theologiam Imperialium

D. J. A. Schmidij Abusus Palmi 109. Gallicanus

Antonij à Mara in cap: I. et X. Epist:

D. Calovij Annotata Antigrotiana ad Epistolem.

D. Ritsmeijer 157 h. signum frontis Bonorum Prælitarum.

D. Habichtsburij de Punctis non bonis Præcli a deo

datis ad West: 20. 25.

D. Jos. Meyeri In propheticas visiones Effectibus

de Templo, urbe, et Terra Prælitica distributione.

ad 9. postrema Epist: Capita.

D. Christ: Tob. Widemburgij de Ministerio Ecclesiastico.

contra Epistolam Beccoptiam 1710. publicatus.

D. H. Debrandij tractate Eusebiana vel: Eusebia.

D. Turretini de Pace protestantium Ecclesiastica.

D. Bladerij programma Gallici Reputatio oppositionis reganti

Lutheranis verum Ministerium.

Von der Saardt programmata prædicta  
(1) Geographia Patriæ Abramini  
(2) Recensioni Epistolæ c. 17. V. 12. Bl. 14.  
— c. 18.  
— c. 19.  
— c. 36. 37. 38. 39.  
— Trenis.

(3) — Danielis Epistola, oratione, forat:  
M. Petri Adolphii Boijen Ecloga Archaologica  
ad volum Pled vektori.  
Ecloga Archaologica  
ad difficultate Parti iter. Art. 27. 9.

19

# RECENSIONEM PARVILIBELLI ESAIAE

CAPITE XVII, 12.13.14.  
AD VETERIS HISTORIÆ ET GEO-  
GRAPHIÆ LVCEM  
IN DIEM QVARTVM DECEMBRIS  
INDICIT

HERMANNVS von der Hardt.



HELMSTADII,

---

Typis GEORG. WOLFGANGI HAMMII Acad. Typogr.  
ANNO MDCCXIII.

Cum consensu.

21

SEBASTIANVS SCHMIDIUS,  
INTERPRES ARGENTORATENSIS,

Comment. in Esaiam, capite 18, l.

p. 160.

**H**oc quidem loco de expeditione Tirkakæ,  
2. Reg. 19, 9. sermonem esse, non improbabili-  
liter videntur nonnulli, inter quos Tremellius h. l.  
statuere. Eum autem oportet numerosissimum  
exercitum habuisse, ut contra Assyriorum copias  
exire ausus sit. De Æthiopibus autem accipien-  
tes, sequimur B. Lutherum in h. l. qui quidem  
alias simulgentes involvit. Hanc sententiam  
etiam Sanctius putat esse  
probabiliorum.

16030

15



## PHILOLOGIS

Solida Fontium hebraicorum studia tractantibus  
lucem ex historia & geographia  
veteri!

**D**eo propitio, veritatis studio urgente,  
ex solidis philologicæ Exegeseos fun-  
damentis recensuimus his diebus libel-  
lum *Esaiae memorabilem capite XVIII.*  
Perquam obscurus fuerat visus inter-  
pretibus, solertissimis etiam philologis, Bocharto quo-  
que & Stephano le Moyne ingenue fassis. Ille, in *Pha-*  
*leg, lib. 4. c. 2. f. 240.* in prima libelli verba, צָרֵל כְּנָפִים  
*Locus,* inquit, *obscurus est,* & multum torquet inter-  
pretes. Neque vero tantopere torsit interpretes locus,  
quantopere hi locum, historiæ & geographiæ imme-  
mores. Prout revera omnis obscuritas in vetustis mo-  
numentis oritur nostrâ culpâ ex historiæ & geogra-  
phiæ antiquæ negleſtu: Ita Philologis, locum hunc  
recensentibus, lumen in his tenebris juste quæſitum  
in veteri historia & geographia. Hinc lucem expe-  
ctandam esse in tanta caligine perviderunt. Quam-  
obrem

obrēm, pro loco illustrando remotae antiquitatis pe-  
netralia subire conati. *Bochartus*, pro mentis acie  
primus huc collimavit, intrepide ad antiquam umbram  
accedens. Qui, cum viā adhuc inviā non penetraret  
penitus, sequentes vocavit, qui vetustatis rudera &  
vetera historiæ ac geographiæ monumenta inspic-  
rent penitus. Nec his omnibus statim cessit intempe-  
sta nox. Nec enim tam profunde sepulta effodiantur  
cito. Nec aurum, in abyssis montium latens, suas  
venas uno aperiat seculo. *Bochartus* auguratus,  
אָרֶץ צְדִצֵּל כְּנַפִּים esse terram cymbali orarum, quæ, ex  
illius mente, terra, in qua sonat cymbalum, quod habet  
oras seu margines. Quomodo circumscribit sistrum.  
Sistrum vero, cymbali genus, tinnulum instrumen-  
tum, in sacris *Istdi* magna ægypti gloria. Vism ita-  
que illi, haec verba חַוָּא רַעֲזָן כְּנַפִּים ita sonare: *Vae*  
*terrae cymbali marginati, five, vae terræ sistri.* Quod  
enim sacerdotes *Istdi* sacro uterentur sistro in ægypto,  
collegit vir argutus, circumscribi ab *Esaia* illis verbis  
ægyptum ab eximio & celebri cultu sacro. Significat  
ægyptum, ait, dimicantias pro more prophetarum.  
Quorsum dein duxit & proxima *Esaiae* verba,  
אשר מ עבר ל נהרי Que ægyptus, sistro inclita, sita  
trans flumina *Arabiae Chuseæ*, puta, ultra *Besorem* &  
*Rhinocoruram*, quæ flumina in finibus *Palaestinae* in  
mare mediterraneum se exonerant. *Trajanum annem*,  
qui in rubrum mare descendit. & *Coryn* in *Arabia*, de  
quo Herodotus. Hanc credidit esse alteram ægypti  
circumscriptionem, quæ ab *Arabia Petreæ*, aut *Chu-*  
*sæa*, è regione maris mortui, vergat versus ægyptum,  
intercedentibus illis fluminibus. Quomodo ægyptus,  
respectu *Judææ*, dicatur sita ultra flumina *Arabiæ*.

כוש

¶ enim viro magno hic *Arabia*, ubi Scenitæ, Sa-  
raceni. Hunc porro conjectura, in tanta ægypti caligi-  
ne, vexit ad *imagines ægyptiorum papyraceas*, quas ex  
ægypto quotannis superstitionis *navibus papyraceis* mit-  
terent *Byblum*, in *Syriam*. Unde hæc illi *tertia ægypti*  
descriptio : *הַשְׁרָח בִּם צִירִים וּבְכָלִי גּוֹמָא עַל פְּנֵי מִים*:  
*que ægyptus mittit per mare mediterraneum imagi-*  
*nes Osiridis Byblum*, idque *in vasis seu navibus papy-*  
*raceis super aquam maris mediterranei*. Quod ægyptia-  
cum idolatriæ genus à Luciano in libro de *Dea Sy-*  
*ra*, ut & Cyrillo & Procopio in *Esiam* memoratum.  
Hucusque pro illa ætate *rectus Bochartus*, qui omnes  
esse *ægypti* characteres conjectit, veram tamen terram  
prætervectus, ut dicetur postea.

Stephanus le Moyne, in *Notis in Varia Sacra*, p. 3.  
seqq. Bochartum colit, quem *virum magnum & ad*  
*miraculum dodum*, in hoc negotio appellat p. 4. Adeo-  
que cum Bocharto in *ægypto* subsistit, cum Bocharto  
*ægyptiacam idolatriam* in oculis habet, sed *genus di-*  
*versum* se animadvertere persuasus. Ille *Osiridis ima-*  
*ginem*, ex *ægypto* in *Syriam* *navibus papyraceis* mitti  
solitam, hic *imaginem Isidis*, per Nili alveos in *ægypto*  
*circumvehi* *navibus papyraceis* suetam. Quod *ido-*  
*lum Cnouphis* nomine, fuerit *alatum*, *ovum ore effundens*. Quod igitur conjiciat, idolo fuisse nomen  
*Cnouphis*, *אֲלֵי נַכְפִּים*; colligit, *Esiam* ab hoc idolatrico cultu *ægyptum* circumscribere his verbis: *Væ*  
*terræ umbræ Alarum*, in idolo *Cnouphis*, *que mittit in*  
*mare imagines Cnouphis*, *Isidis*, *Et in vasis papyri su-*  
*per aquas*, *navibus papyraceis* per Nili alveos, *quaæ na-*  
*ves Isidis*, *bares* aut *ciste* dicerentur. Cui proinde  
A 3 sensus

sensus est: *Væ terra umbrosi Cnouphis, quæ mittit imagines in navis papyraceas.*  
Animadvertisit uterque, caliginem ægypti historiæ veteris & geographiæ luce esse dispungendam. Vedit uterque viam, ingressus uterque. Sed cum præeuntes vix sentirent, non potuere subito in nocte intempesta omnia vitare avia. Conati, quod satis; ingressi viam, etsi uterque in ipso itinere deflesteret. Dandum nonnihil superiori ætati, quæ præcipua historiæ & geographiæ remotæ studia juvenilibus annis subtraxit, & in seros Academiæ annos relegavit. Ut non juvenes, sed viri, sed senes, cogerentur, officio jubente, vetustatis illa adire monumenta. Quod cum per negotia, publica & domestica, paucis contingeret, vel & saperet, neglecta mansere & sepulta, seculis labentibus, caligine in priscis autoribus omnibus crescente. Quæ negligentia publica, historiæ & geographiæ priscæ sopore, elegantissimos quoque veteres autores, græcos etiam & latinos, in tenebris fortiter detinet, ut nec juvenes intelligere discant, nec viri curent, nec senes capiant. Excusandi igitur hoc ævo viri docti, sicubi in horum, neglectorum aliâs, studiorum cultu, seduli profecto & attenti, non ubique adhuc dum attingant metam. Laudanda voluntas. Excitanda hæc ætas, ad humanitatis istius culturam solertiorem, ad historiæ & geographiæ antiquæ curam vegetiorem, quæ ad omnium veterum nitidissimorum autorum inexplicabilem dulcedinem proximus ducant. Non desunt ingenia nostris annis, à primis incunabulis apta ad hæc præclarissima genii subsidia, & fragrantissima judicij condimenta capienda, pro solidis omnis doctrinæ fundamentis. Quod in scholis neglectum, per

per tempora, in Academiis resarcitur ægerrime. Interim ætas labitur, secula fluunt. Quidni ergo observamus & debito honore prosequimur utrumque Philologum laudatum, tametsi non consecuti quod quæserent. Ut habent sua tempora artes & scientiæ. Non inveniant, qui querunt; reperiant, qui non querunt. Sunt sua fatis intervalla, in immenso studiorum elegan-  
tissimorum campo.

Illi in *indagine regionis* שׂוֹן, in orientalibus ægypti finibus substitere. Bochartus, pro immenso suo labore, quæsivit, quod ingenii acie eminus observarat. Quoniam terra שׂוֹן, frequentissime in sacris hèbræorum monumentis obvia, quondam *ubique dicta æthiopia* ab interpretibus, veteribus & recentioribus, falli illos passim, pervidit apertissime. Indagavit igitur in veteri geographia aliam regionem שׂוֹן, præter æthiopiam. Quam & feliciter invenit in Arabiæ feli-  
cis finibus, Madijaniti vicinam. Ex qua Asiatica re-  
gione שׂוֹן Mosis socer & uxor, nullo æthiopiæ co-  
lore & sanguine. Quin & pervidit, שׂוֹן alicubi de  
insula maris rubri dici. Cum *equi-vocationem vocis* observasset, & regnum quoddam שׂוֹן, non in Africa, sed in Asia, non in æthiopia, sed in Arabia jam nosset; in tantis regionum ambagibus, in tantis Arabiae de-  
sertis, hæsit vir fessus, ut existimaret, *ubique in* scriptura per שׂוֹן *designari regionem Asiæ, Arabiae,* ante ægyptum, quæ illi *Arabia Chusæa* vocata. Quo-  
modo, juxta illum, שׂוֹן nunquam æthiopia, nunquam regio Africana meridionalis, supra ægyptum, sed ubi-  
que Arabia pars, in Asia, ante ægyptum versus orien-  
tem, ad fines tamen usque ægypti.

Verum, lubrica hæc in desertis arena, non mi-  
rum,

rum, quod non siverit virum, longo itinere & igno-  
to circumductum, firmo stare talo.

Dignum viro magno, animadvertisse, passim in  
sacris שׁesse Chusitic Arabiæ, in Asia, in finibus Pa-  
læstinae & Arabiæ felicis. Verum, idem nomen haud  
raro & æthiopiæ vel Abessiniæ in sacris dari, certissi-  
mum. Nunc שׁ Magusam, Arabiæ Chusitidem designat,  
Madianitidis, unde & familia oxoris Mosis: Nunc  
æthiopiam, urbemque Axumam, æthiopum regiam.  
Quod alibi in geographia sacra diducendum fuse. Quæ  
verò in quolibet loco sacro sit שׁ, an Magusa Ara-  
biæ, an Axumam æthiopiæ, circumstantiae luculenter  
distinguunt.

In nostro Esaïæ libello, שׁ nos invitat in æthiopiam  
ad regem Tirbakam, non Arabem sane, sed æthiopem:  
Quod extera historia luculentissime docet. Idem ille  
est תְּרַבָּקָה, 2. Reg. 19, 9. Esa. 37, 9. qui Stra-  
boni, lib. 1. fol. 61. & lib. 5. f. 686. וְ 687. vocatur Τερακού,  
Tearco; ut & Josepho, Antiquit. Judaic. l. 10. f. 330. Θαρσί-  
κης, Tharsices. Quem eundem esse, præter idem no-  
men, eadem ætas docet, & præstantissimorum histo-  
ricorum calculus confirmat. Tirbaka contra Sancheri-  
bum, 2. Reg. 19, 9. Esa. 37, 9. Contra Sancheri-  
bum Θαρσίκης, Josepho. Et Tearco Straboni viator  
Asia, Ulserio agnoscente, f. 59. qui Strabonis Tearco-  
nem esse Tirbakan asseverat, qui & in Europam armis  
victoribus progressus, ad columnas usque Herculis.

Atqui hic Tirbaka, מֶלֶךְ כְּשֵׁן, rex æthiopie, 2. Reg. 19, 9.  
Esa. 37, 9. Et Tearco Straboni f. 61. Αθηόπη, æthiops, & f. 686.  
וְ אֲתֹהֹפָה, æthiops: Et Θαρσίκης Josepho f. 330. Αθιόπη<sup>אֲתֹהֹפָה</sup>, æthiopum rex.

Non itaque Tirbaka, qui Sennacheribi copias ultro  
laceſſere

*laceffere ausus est, 2. Reg. 19, 9. fuit Saracenus, vel Chus-  
sens, Arabs, uti in illis deterrit visum Bocharto, f. 243.  
sed ethiops, ethiopum rex, non Asiaticus, sed Afer, non  
ab oriente ægypti, sed à meridie.*

Quo Bocharti fundamento sublato, quo & Stephanus le Moyne nixus, regione כוש, de qua Esaias, propriae sue sedi Afræ, supra ægyptum, ad supra Nili fluenta, restitutâ, omnis utriusque explicatio de ægypto, concidit. Neque adeo כוש hîc est ab oriente Nili & ægypti, sed à meridie. Proindeque כוש non sunt flumina Arabiae, & quæ huc referuntur, Bosora, Rhinocolura, Corys, multo recentior amnis Trajani; sed præter Nilum, flumina ethiopie, Astapus & Astaboras. Neque כוש מעדן נחרי כוש est, in ægypto, ultra Arabiae flumina, versus occidentem: Sed מגוּתָה, ab ultimis extremitatibus fluminum ethiopie. Neque proinde vel verbum hic apud Esaiam in præsentij libello de ægypto, unice de æthiopia. Atque ita porro per יתאַרְכֵּבְנִים non negotium ægypti, sed res æthiopæ denunciatur. Quare nihil hic cymbali tinnuli, neque marginati, nihil fistri, quod in auribus sonuit Bocharti, postquam venit ex Arabia Chusæa in ægyptum. Ubi nullus locus ægypto, ibi nec fistro ægypti. Multo citius evanescit umbra Stephani le Moyne, quam in alis quæsivit idoli Cnouphis. Umbræ sunt, sine luce, in quam inciderunt viri optimi, à via dilapsi, quod circumspetissimis accidat. Quin adeo conjecturæ reliquæ superfluæ, de imaginibus vel Osridis vel Isidis, missis per mare mediterraneum Bi-blum in Syriam, vel per Nili canales, navibus papyracēis. Quæ omnia papyro leviores larvæ, cum nihil hic de ægypto, sed de æthiopia universa. Neque יזרום imagines, sed muntii, legati, qui mox eodem versu

vocati expresse מלאכים, nuntii, ablegati. Ut taceam,  
non cohærere duos versus primos, quos illi connectunt,  
quasi de ægypto dicatur השורח, que mittat. Versus si-  
quidem distinctissimi sunt argumenti, in quo ח'ש mit-  
tens, non est ægyptus, sed ille, qui ita instruxit nuncios  
suos : *Ite vos nuncii ; Qui Deus.*

Mittimus jam istos præclaros viros, viam ingre-  
fos rectam, veteris historiæ & geographiæ, et si in avia  
per tot desertorum ambages vocatos. *Iidis* אִיסְרִידִים,  
*idolorum*, res, alibi expediemus, *Diodorum* Siculum justis  
observationibus illustraturi. Neque sistrum, צָלָצָל,  
Bocharti, jam tangimus, qui instrumenta musica ori-  
entis alio loco pulsamus tranquillius.

Quando jam non in ægypto, sed æthiopia, in regno  
*Tirbakæ* aut *Tearconis*, oculos mentemque Esiae intue-  
mur; in æthiopia, eaque ultima, sive ad ultimos fluminum  
æthiopiarum fines, & nosfer animus versetur oportet, vi-  
rus, quæ sit נֶגֶד בְּנֵי regio una alteraque æthiopie.  
*Chuscb* hic æthiopia, Abessinia: Flumina Chuscb, sunt  
flumina æthiopiarum, præter Nilum Astapus & Astaboras.  
Ultra flumina æthiopiarum, sive ab extremitate fluminum  
illorum, Astapi & Astabora, sitæ gentes æthiopum,  
ארץ ארץ נצ'ל נכפים, terra Silorum & Pechinorum.

לְבָבָל Terra aut provincia Silorum, in æthiopia.  
Σιλοι, *Sili*, æthiopum natio, ad Astapum, æthiopiarum flu-  
men, Struthophagis æthiopibus vicini, quibuscum  
manus sœpe consererent. De his *Silis æthiopibus* *Strabo*  
lib. 16. f. 772. *Struthophagi*, in æthiopia ad Astapum, gens  
non admodum magna, apud quos aves dicuntur esse cer-  
torum magnitudine, que volare non possunt, sed celeriter  
currunt, quemadmodum *Struthocameli*. Nonnulli eas ar-  
cu venantur, nonnulli pellibus struthorum testi: Nam  
dex-

„dextram manum pelle colli operiunt, eamque sic mo-  
„vent, quemadmodum animalia collum: Sinistra verò  
„semen spargunt, è suspensa pera eductum. Eo avem  
„allicientes, in convales detrudunt, ubi viri animal cir-  
„cumfidentes obtruncant. Harum avium pellibus  
„utuntur pro amictu & veste stragula. Πολεμῶσι δὲ τότες  
„οἱ Σίλοι παλέμενοι Αἰθίοπες, πέρασσον ὄρυχων ὅπλαις χεώμενοι,  
Cum iis Athiopes, qui Sili appellantur, bellum gerunt, ory-  
gum cornibus pro armis utentes. Hi Sili æthiopes Dio-  
doro Siculo l. 3. f. 162. audiunt Simi, sono, ut fit, non-  
nihil mutato, gente eadem. Neque opus cum Casau-  
bono unum ex altero emendare, vario nominum pro-  
priorum sono ubivis obvio. Uti ἡράκλειτος Ζιρβακα, hebræis  
æthiopicum rex, idem Τιαρκώ, Tearco, Straboni; idem  
Θαρσικης Tharsikes, Josepho: Pro jure oris, apud diver-  
sos populos, diversosque scriptores.

Τerra Pechinorum, Siliis vicina, æthiopum  
natio alia, Siliis multo celebrior. Πεχινοὶ, Pechini, ad Stru-  
trophagorum orientale latus, adeoque ad Astapum, ulti-  
mosque ejus fines. De his Ptolemaeus: Μεταξὺ τοῦ Ασίανδρος  
ποταμοῦ καὶ τοῦ Γαρβάτου ὕδατος Πεχινοῖ, ὃν δυσκινότερος στρεψθεφά-  
γοι Αἰθίοπες, μεσομβριαπέρης τὴς ὥρας κατιδέσῃ, Inter Astapo-  
dem fluvium ἐς montem Garbatum sunt Pechini: Quibus  
occidentiores sunt Struthopagi æthiopes, australiores au-  
tem monte sunt Catadræ. Pechinos hos æthiopes, in sinu  
æthiopiæ, nemo confuderit cum Pechinensibus Sinis,  
urbe vastæ magnitudinis Pechino. Sunt autem nostri  
æthiopes Pechini clarissimi, poëtarum pygmæis, quos vete-  
res poëne omnes hic locant, de quibus nos aliquando li-  
bro peculiari, pro illustrandis veterum poëtarum, Græco-  
rum ἐς latinorum monumentis. Imprimis cum Vulgata non  
modò

modò, sed & *Judæi*, magna que *Commentatorum cohors*  
*pygmæos Ezechieli obtruserit c. 27, II.*

Nobis nunc sufficit, velut in transitu *Esaïæ* lu-  
cem affudisse *Geographiæ* beneficio, in exordio faustis-  
simi libelli, quem à *læta acclamatione* *¶*, *bem*, *beus*!  
non à *minis*, in *lætissimo præfigio*, *orsus*. Quod  
*geographicum* filum ab initio ad finem libelli ab *Esaïa*  
*elegantissime contextum*, *præcipuis æthiopiacæ provinciis*  
*ordine concinno commemoratis*. Qui mole admo-  
dum parvus *Esaïæ* libellus *commentarius* est in totam  
*Abessiniæ* historiam illustris, sicuti & *historia Abessiniæ*  
*commentarius* in hunc libellum luculentissimus.  
Qem si in oculis habere contigisset philologorum de-  
cori, *Jobo Ludolphi*, omnem suam *Abessiniæ* copiam  
in unum hunc libellum. *Prophetæ* illustrandum con-  
tulisset.

Nos, in recensione publica laudati libelli *Esaïæ*,  
illa æthiopici regni *vestigia vetusta demonstravimus*, quæ  
obscurissimum alioquin libellum illustrarent abunde.  
Præstare conati in *Exegesi*, quod huic etati, bonis  
literis succrescentibus, datum. Posteri, à studio non  
remitentes, viam subinde deprehendent planiorem,  
ad recondita quævis monumenta his semitis pene-  
trandi.

Pergimus nunc, divinâ gratiâ, labore haud fracti,  
viâ planâ, ad alterius parvi libelli *Esaïæ*, capite *XVII.*  
*v. 12. 13. 14.* publicam recensionem. Quam ordiemur,  
si vixerimus, proximo die *Lunæ*, die *IV. Decemb.*  
P. P. in Academia Julia A. MDCCXIII,  
die *I. Decemb.*

AB:153257




SG

VON7

R





RECENSIONEM  
PARVILIBELLI  
**E S A I Ā**  
CAPITE XVII, 12. 13. 14.  
AD VETERIS HISTORIÆ ET GEO-  
GRAPHIÆ LVCEM  
IN DIEM QVARTVM DECEMBRIS  
INDICIT  
HERMANNVS von der Hardt.



HELMSTADII,

Typis GEORG. WOLFGANGI HAMMII Acad. Typogr.  
ANNO MDCCXIII.

Cum consensu.